



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem
Divi Thomae. Tomi Qvinque**

Mysteria Vitæ Christi, Et Utrivsqve Adventvs Eivs Accurata Disputatione Ita
complectens, vt & Scholasticæ doctrinæ studiosis, & Diuini verbi
Concionatoribus vsui esse poßit

Suárez, Francisco

Moguntiaë, M.DC.XVI.

1 V. fuerit necesse Christum baptizari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94022)

gressores, signum ergo est non fuisse in præcepto. Congruentia verò esse potest, quia ille baptizatus non erat res adeo utilis, & necessaria, ut oporteret strictè mandari.

Baptismus Ioannis non fuit sacramentum legi antiquæ.
Nazarian.
Augustin.
 Dico secundo, baptismum illum non fuisse sacramentum legis veteris. Ita docent fere omnes Theologi relati, & ferendi, & Iustin. Martyr. q. 36. ad Orthodoxos, Baptisma, (inquit) Ioannis præiungit erat legis gratia, & ideo supra legem erat, id est, præter obligationem legis, vel etiam aliquo modo perfectior veteribus umbris, quia propinquius ad Christum disponebat. Et hoc modo dixit Naz. orat. 3. in sancta lumina, Ioannem non baptizasse Iudæos more, & Aug. libr. 5. de bapt. cap. 9. nulli hominum concessum esse ante Ioannem illo baptismi genere baptizare. Quia non in aqua solum, sed ad poenitentiam, & aliquo modo ad remissionem peccatorum comparandam dabatur, quod non habebant vetera baptismata. Ratio verò est, quia sacramenta legis veteris sunt illa, quæ in veteri lege continentur, & per Moysen à Deo data fuerunt. Vnde etiam circumcisio, quæ non est ex Moysse, sed ex Patribus, à multis non censetur sacramentum veteris legis, quanquam de illa maior quædam sit ratio. Quia licet non fuerit primum in illa lege data, fuit tamen veluti acceptata, & eius præceptum in ea lege obligavit, & veluti ianua ac fundamentum illius extitit: baptismus autem Ioannis nullo modo contentus fuit sub lege veteri, nec per Moysen traditus, nec præceptus aut observatus. Vnde ipsi Iudæi cum viderent illum ritum esse præter legem Moysis, interrogabant: *Quid ergo baptizasti non es Christus?* Corrigendus ergo est Orig. libr. 5. in ad Roman. cap. 6. ubi dicit, Christum fuisse baptizatum, non eo baptismo quod in Christo est, sed eo quod in lege est. Vbi baptismum Ioannis vocat baptismum in lege. Et infra subdit, Baptismus Ioannis expletio erat veterum, non inchoatio novorum. Sed re verba ille baptismus non fuit propriè in lege veteri, (ut ostensum est) potuit tamen hoc modo appellari, propter quandam similitudinem, quia erat baptismus inefficax, & in aqua solum.

Obiectio.
Responsio.
 Dices, Cur magis dicitur expletio veterum, quam inchoatio novorum? Quia sicut fuit quodammodo terminus legis veteris: ita fuit initium nouæ, extrinsecus tamen utriusque, quia ad neutram pertinet. Respondetur, Quia durante lege veteri, & antequam noua promulgata esset, & institutus esset, cessauit.

Baptismus Ioannis non fuit propriè sacramentum.
Albericus.
 Dico tertio, baptismus Ioannis non fuit propriè sacramentum. Ita D. Thom. hic art. 1. & Alber. in 4. d. 2. art. 6. Sot. q. 2. art. 1. & recentiores omnes. Ratio tamen non ab omnibus efficax redditur. Prima esse solet quia omnia sacramenta spectant ad veterem vel nouam legem. Necessè enim est, sacramentum ad legem aliquam diuinam pertinere: quia à solo Deo institui potest saltem secundum potentiam ordinariam: lex autem diuina positua nulla est præter veterem, aut nouam. Baptismus autem Ioannis non fuit sacramentum veteris legis, nec nouæ. Quæ ratio efficax esset, si probaretur de ratione sacramenti esse, ut sub aliqua lege comprehenderetur, quod prædicta ratione non fit, nec videtur necessarium: quia non est de ratione sacramenti, ut eius usus præcipiatur, sicut multi de Confirmatione, & Extrema unctione putant. Et quia præceptum est quid extrinsecum, & posterius ratione Sacramenti.

Alia ratio est, quia ille baptismus non fuit per se institutus ad significandum, sed ad disponendos homines ad poenitentiam. Verum hoc in primis videtur gratis dictum. Cur enim ille baptismus non fuit propter aliquam significationem, sicut alia sacramenta vetera? Deinde non posset ille baptismus deferre ad excitandos, & præparandos homines, nisi haberet aliquam significationem, quia non poterat excitare, nisi tanquam signum: sicut vox non

posset hominem excitare, si non significaret. Denique omnes sancti dicunt, Ioannem baptismum suo Christo baptismum præiungisse. Et D. Tho. dixit fuisse sacramentale quoddam, quod intelligi absque ratione signi sacri non potest.

Tertia ergo ratio fit, quia de ratione sacramenti est, ut sit ceremonia stabilis ad sanctificandum hominem aliquo modo instituta, & gratiam sanctificantem modo practico significans. Quam definitionem nunc suppono, latius in materia de Sacramentis in genere explanandam: sed in hoc baptismum fere nihil horum reperitur, quia ille baptismus nec conferebat per se aliquam sanctificationem internam, & spirituales, nec legalem, seu ceremoniam, quia non auferbat irregularitatem aliquam, immunditiam vel legalem: nullo ergo modo per se sanctificabat, sed solum excitabat homines, ut se peccatores recognoscerent, & aliquod humilitatis opus exercerent. Deinde non fuit ille baptismus ceremonia stabilis, quæ pro statu alicuius legis permaneret. Quo sane sensu intellecta prima ratio reicienda non est. Quia licet de ratione sacramenti non sit, ut singulis sit in præcepto: est tamen, ut permanentem habeat institutionem, atque ut hoc modo ad aliquam legem, seu statum alicuius legis pertineat. At Baptismus Ioannis non fuit institutus, ut cum aliqua lege duraret, sed solum ut præambulum quoddam, & dispositio remota ad introductionem legis nouæ. Rursum non videtur ille baptismus habuisse practicam significationem gratiæ, quæ per illum baptismum, tanquam per signum quoddam practicum promitteretur, sed primo, & per se introductus fuit, ad excitandos homines ad poenitentiam, & humilitatem, & hinc quasi ex naturali similitudine habuit, ut aliquo modo Baptismus Christi futurum significaret eo modo, quo vnus actus virtutis ex natura rei significat alium similem, vel actus exterior interiori. Et hoc modo admitti etiam potest secunda ratio supra tacta. Non ergo fuit ille baptismus Sacramentum.

Quod si inquiras, quid tandem sit Iustinus q. 37. vocat illum præludium, seu proemium euangelicæ gratiæ, Rabbanus libro 2. de inst. cleric. c. 26. vocat, Veluti catechismus ad Baptismum Christi. Indicat etiam Hieron. Mar. 1. Cyr. 2. in Ioan. c. 57. appellat, Introductionem ad perfectionem. D. Tho. art. 1. vocat quasi quoddam sacramentale disponens ad Baptismum Christi. Denique (ut sæpe dixi) solum fuit ceremonia quædam externa ad prouocandos homines ad virtutem, quod non facit eam rationem Sacramenti, nisi latissimè ea voce uti velimus.

QVÆSTIO XXXIX.

De baptizzazione Christi, In octo articulos diuisa.

Deinde considerandum est de baptizzazione Christi. Et circa hoc quaeruntur octo.

Primo, utrum debuerit baptizari. Secundo: utrum debuerit baptizari baptismio Ioannis. Tertio, de tempore baptismi. Quarto, de loco. Quinto, de hoc quod ei sunt calti aperti. Sexto, de Spiritu Sancto apparente in specie colubæ. Septimo, utrum illa columba fuerit verum animal. Octauo, de voce patrum testimonij.

ARTICVLVS I.

Utrum fuerit conueniens Christum baptizari.

Primum sic proceditur. Videtur, quod non fuerit conueniens Christum baptizari. Baptizari enim est ablui. Sed Christo non conuenit abluui, in quo nulla fuit impunitas. Ergo videtur quod Christum non decuerit baptizari.

2. Præterea, Christus circumcissionem suscepit, ut impleveret legem. Sed Baptismus non pertinebat ad legem. Ergo non debebat baptizari.

D. Thom.

Dubium.

Responsio.

Baptismus

Ioannis

quod.

Hieronymus.

Cyrillus.

D. Thom.

214.

4. d. 2. q. 2.

art. 3. q. 3.

q. 3. art.

q. 1. corp. 5.

Mat. 3. co.

12. op. 60.

cap. 9.

3. Præ.

3. Præterea, Primum mouens in qualibet genere est immobile secundum illud motum: sicut calum quod est primum alterans, non est alterabile. Sed Christus est primum baptizans, secundum illud Ioannis 1. Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem, hic est qui baptizat. Ergo ipsum non deest baptizari.

Sed contra est, quod dicitur Matthæi 3. quod venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo.

Lib. 2 in
Luc. c. ult.
in prin. to. 5

Hom. 4. in
oper. imper-
fecto non re-
mote à prin.
tom. 2.

In orat. in
Sancta Lu-
mina à me-
dio tom. 5.

Li. 2 in Lu-
c. art. à me-
dio tom. 5.

In corp.

Respondeo dicendum, quod conueniens fuit, Christum baptizari. Primum quidem, quia ut Ambrosius dicit super Lucam Baptizatus est Dominus, non mundari volens, sed mundare aquas, ut abluta carnem Christi, qua peccatum non cognouit, baptismatis vim haberent: & ut sanctificatas aquas relinqueret postmodum baptizandis, sicut Chrysostomus dicit super Matthæum. Secundo, quia sicut Chrysostomus dicit super Matthæum, quamuis ipse non esset peccator, tamen naturam suscepit peccatricem, & similitudinem carnis peccati, propterea, et si pro se baptismate non indigebat, tamen in alijs, carnalis natura opus habebat. Et sicut Gregorius Nazianzus dicit, Baptizatus est Christus, ut totum veteranum Adam immergat aqua. Tertio baptizari voluit, sicut Augustinus dicit in sermone de Epiphania: quia voluit facere quod faciendum omnibus imperauit. Et hoc est quod ipse dicit: Sic decet nos implere omnem iustitiam. Ut enim Ambrosius dicit super Lucam. Hæc est iustitia, ut quod alterum facere velis, prior ipse incipias, & tuo alios horreis exemplo.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus non fuit baptizatus, ut ablueretur, sed ut ablueret, sicut dictum est.

Ad secundum dicendum, quod Christus non solum debet implere ea, quæ erant veteris legis, sed etiam inchoare ea, quæ sunt nouæ legis. Et ideo non solum voluit circumcidi, sed etiam baptizari.

Ad tertium dicendum, quod Christus est primum baptizans spiritualiter: & sic non est baptizatus, sed solum in aqua.

Titulus huius articuli generatim de baptismato intelligendus est, abstrahendo à baptismato Christi, vel Ioannis. Nam in articulo sequenti inquit Diuus Thomas, qua specie baptismati oportuerit baptizari Christum. Et ideo ut rationes, propter quas id fuit expediens, melius explicemus, commodius erit utrumque simul Articulum interpretari.

ARTICVLVS II.

Utrum Christus baptismato Ioannis debuerit baptizari.



Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod Christus non debuerit baptizari baptismato Ioannis. Baptismus enim Ioannis fuit baptismus penitentiae. Sed penitentia Christo non conuenit, quia nullum habuit peccatum. Ergo videtur, quod non debuerit baptizari baptismato Ioannis.

Hom. 12. in
Matth. non
longe à me-
dio tom. 2.

2. Præterea, Baptismus Ioannis, sicut dicit Chrysostomus, medium fuit inter baptismum Iudeorum, & Christi baptismum. Sed medium sapit naturam extremorum. Cum ergo Christus non fuerit baptizatus baptismate legali, nec etiam baptismate suo: videtur, quod pari ratione baptismate Ioannis baptizari non debuerit.

3. Præterea, Omne quod in rebus humanis est optimum, debet attribui Christo. Sed baptismus Ioannis non tenet supremum locum inter baptismata. Ergo non conuenit Christo baptizari baptismato Ioannis.

Sed contra est, quod dicitur Matthæi 3. quod venit Iesus in Iordanem, ut baptizaretur à Ioanne.

Respondeo dicendum, quod sicut dicit Augustinus super Ioannem baptizatus Dominus baptizabat, non eo baptismate, quo baptizatus est. Vnde cum ipse baptizaret baptismato proprio, consequens est, quod non fuerit baptizatus suo baptismate, sed baptismate Ioannis. Et hoc fuit conueniens, primo quidem propter conditionem baptismi Ioannis, qui non baptizauit in Spiritu, sed solum in aqua: Christus autem spirituali baptismate non indigebat, qui à principio suæ conceptionis gratia Spiritus Sancti repletus fuit, ut patet ex dictis, & hæc est ratio Chrysostomi. Secundo: ut Beda dicit, baptizatus est baptismato Ioannis, ut baptismum suo baptismum Ioannis comprobaret. Tertio, sicut Gregorius Nazianzus dicit: Accedit Christus ad baptismum Ioannis, sanctificaturus baptismum.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut supra dictum est, Christus baptizari voluit, ut nos suo exemplo induceret ad baptismum. Et ideo ad hoc, quod esset efficax eius inductio, voluit baptizari baptismato, quo manifeste non indigebat, ut homines ad baptismum accederent, quo indigebant. Vnde Ambrosius dicit super Lucam. Nemo refugiat lacrimarum gratia, quando Christus lacrimarum penitentiae non refugit.

Ad secundum dicendum, quod baptismus Iudeorum in lege præceptus, erat solum figuralis: baptismus autem Ioannis aliquid erat realis, in quantum inducebat homines ad abstinendum à peccatis: baptismus autem Christi habet efficaciam mundandi à peccato, & gratiam conferendi. Christus autem neque indigebat percipere remissionem peccatorum, quæ in eo non erant: neque recipere gratiam quam plenus erat: similiter etiam cum ipse sit veritas, non compete- bat ei, id quod in sola figura gerebatur. Et ideo magis congruum fuit, quod baptizaretur baptismato medio, quam aliquo extremorum.

Ad tertium, dicendum, quod baptismus est quoddam spiritualiter remedium. Quanto autem aliquid est magis perfectum, tanto minori remedio indiget. Vnde ex hoc ipso, quod Christus est maxime perfectus, conueniens fuit, quod non baptizaretur perfectissimo baptismato: sicut ille qui est sanus, non indiget efficaci medicina.

COMMENTARIVS.

Quamuis D. Thomas simplicem, seu affirmatiuum tantum questionem proponat, mens tamen ipsius fuit exclusiuam tractare questionem, an scilicet debuerit solo baptismate Ioannis baptizari. Vnde ex his duobus articulis tres assertiones colligi possunt.

Prima est, conueniens fuisse Christum baptizari baptismate Ioannis. In qua alia generalis conclusio continetur, scilicet fuisse conueniens aliquo baptismato baptizari. Huius assertionis varias adducit rationes D. Thom. Prima, ut suo baptismato mundaret, & sanctificaret aquas, vimque regenerandi illis conferret. Hæc est in 1. arti. & 3. in 2. quam eisdem ferè terminis habent Gregorius Nazianzus, oratione in sancta lumina, quæ est 39. Hilarius canone 2. in Matthæum. Chrysostomus homil. 10. in Matthæum. Ambrosius serm. 4. Epiphaniæ. & lib. 2. in Lucam, cap. ult. Hieronymus Matthæi. 3. Augustinus serm. 1. Epiphaniæ. & sermo. 1. dominicæ, infra Oct. Epiphaniæ. & sermo. 2. addit. Vt noui baptismatis constituat sacramentum. Vbi indicat, Christum recipiendo baptismum Ioannis, instituisse suum. Quia (ut suo loco latius dicendum) tunc veluti destinauit aquas ad sacramentale ministerium. Et eodem modo intelligendum est sanctificasse illas, aut dedisse eis virtutem, non imprimendo qualitatem aliquam, sed per extrinsecam denominationem, seu deputa- tionem. Eodem modo explicanda est illa vox mundaret, quæ metaphoricè hic usurpatur, eamque ma-

Tract. 13 in
Ioan. ali-
quantulum
aprim to. 9.

Beda Mar-
ti. circa
prin. c. 4.

Nazian. in
ora in sanct.
lumina à
med.

art. præc.
Caietan.

lib. 2. in Ioh.
c. ult. à me-
dio tom. 5.

Augustinus

Ambrosius

Gregorius

Augustinus

Baptismus
Ioannis ba-
ptizari cum
Christus
debut.

Greg. Naz.
Hilar.
Chrysost.

Ambros.
Hierony.
August.

Matth.

Berna-

Greg.